



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

Purificatio B. M. V. Oblatio Domin. in templo. 2. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Anno Christi primo, quadragesimo die ab eiusdem exortu, B V. Dei para eundem, primogenitum suum & Dei, in templo Hierosolymorum, secundum præcepta Mosaicæ legis stitit, & redemit, duplici iam titulo suū futurum, ut eum dein nobis pleno iure cedere posset. Quod etiam amantissime sanè implevit. Nam vti hoc die prima mortalium Deo incruentè intra urbem filium suum obtulit ita cruentæ eiusdem oblationi postmodum pro hominum salute extra eandem Urbem generosa astitit, quod ei futurum, non sine immani cordis transfixione per gladium doloris, senex Simeon sub hanc ipsam incruentam oblationem prædixit, ipsa vero pietissime agens patiensque implevit.

Purificatio B.M.V. Oblatio Domini
in templo, 2. Feb,



Imitatio Christi.

Christus se ipsum obtulit, Tu quis es, ut te ipsum offerre cuncteris? Bern.

Omnipotens sempiternae Deus, Ma-
iestatem tuam supplices exoramus ut
sicut unigenitus F. tuus (hodierna die)
cum nostrae carnis substantia in tem-
plo est praesentatus; ita nos facias pu-
rificatis tibi mentibus, praesentari. Per
eundem D. N. I. Chr. &c.

Ora pro Sodalitij B. M. V. &c